**3007** Praeneste in pavimento aedis cathedralis BVD.; inter Praenestinas BORGH.

ꟼ M
VS THREPTVS
*aedituus?* AEDIS OPIS FECIT SIBI ET
SVIS LIBERTIS
*liberta*BVSQVE POSTERISQVE
EOR ɞ

Budaeus apud Metellum f. 352 et apud Pingonium f. 83′; Borghini ms. p. 150 (inde per Huelsenum Iordan *Topogr. d. St. Rom* I, 2 p. 365 not. 73).

1 om. Met. — Þ Borgh., D Ping. — 6 adiungit ad v. 5, EORVM pro EOR ɞ Bud.

---

**3008** Praeneste ad porticum Fortunae.

L·TONDEIVS ·L·*f*·M·N·M·MAGVL*ni*VS·S*p*·*f*·M·N·SCA*to*

Servavit Iucundus Ver. f. 168 (ex Iucundo, sed paullo aliter quam codex Veron., P. Sabinus Marc. f. 246′).

Pro L·F·M·N traditur LIMN, pro MAGVLNIVS traditur MAGVLINVS. — In fin. SEIMNSCA Iuc., LEIMNCA Sabinus; cognomen supplevi ex n. 2906. 2990. — Tondeium et Magulnium praetores hunc titulum posuissse crediderim.

---

**3009** Lavici in Latio DON., *nel territorio di Valmontone* GALL., in vinea Galeotti in agro oppidi Valmontone (sic videtur) CHAVPY. — Frustra quaesivit STEVENSON.

P · VALERIVS · P · L
MAHES · MAGISTER
QVINQVENNAL
COLLEGI · FABRORVM
TIGNVARIORVM
LVSTRI XIII
P · VALERIVS ALCIMVS
PATRONVS
INDVLGENTISSIMVS FeC
DIS MANIBVS

Donati 231, 2, cui descripserat Monsacratus; manus ignota inter Gallettiana cod. Vat. 7920; Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 466, hic solos vv. 1—6 eosque litteris cursivis et singulos versus continuans.

1 P·F Chaup., P B Don. — 2 MANES, 3 QVINQVENNALIS, 5 TIGNARIORVM Chaup. — 6 LVSTRIS Don. Gall., AVGVSTI Chaup., ibi desinens. — 7 dedi secundum Gallettium, P· VALERIVS | ALGIMVS N HECIS, in duos versus distribuens, Don. — 9 INDVLCENTISSIMVS Don. — FIC Gall., FID Don. — 10 DIIS Gall.

**3010** tabula marmorea. Reperta *alle Quadrelle casale di Pelestrina verso Cavi e Valmontone* SVAR. f. 251 de fragmento *a*; contra in colle arcus repertam fecit PENNAZZA. *Pelestrina* SVAR. f. 253 de fragmento *b*. Ambo fragmenta Praeneste in palatio principis viderunt GIORG. et CECC. *Esiste nel mio atrio* PETRINI de particula ea, quam dedi litteris rectis; ea hodie quoque extat in domo Petrini.

*a* *b*

M · ꟻARE|N*VS* · *CLARI* · *L* · |*tY R A N N*|*us*
AMPHITHEAT|R*I* · *PARTEM* · *DIMID*|*i**AM* · *IN* · *SO*L|*o*

Descripsit de Rossi, recognovi ipse particulam superstitem, scilicet ea quae dantur litteris rectis. Fragmentum maius (*a*) legitur in schedula anònyma missa ad Suaresium et adservata inter Suaresiana cod. Vat. 9140 f. 251, cui adscripsit Suaresius et alia (ut fragmentum *b*) et diem 5 Mai. 1658; fragmentum minus legitur in schedula inserta codici Vat. 9140 f. 253 manu amanuensis, cui adscripsit Suaresius diem 7 Mai. 1661, et manu Moronii in cod. Barb. 29, 148; fragmentum maius ut videtur memorat etiam Pennazza ms. ('tabula sculpta notis his *Amphitheatrum Praenestinum*'). Utrumque fragmentum exhibent Giorgi sched. Casanat.; Vulpi 9 p. 174 ex additamentis ms. ad librum Suaresii; Cecconi p. 70 (inde ut videtur Nibby *viaggio* 1 p. 303); Chaupy *maison d'Horace* II p. 317. Particulam eam quae extat, sed paulo pleniorem (v. 1 ꟻARENVS, 2 AMPHITHEATRI PAR...) exhibet Petrini p. 326 n. 9.

1 LIB Chaupy; sed interpunctionem post L litteram enotavit Giorgi. — YRANI| Moron., YRAN| reliqui. — 2 DIMIDIAM Vulp. — SOL| Suar. Moron. Vulp., SO| Giorg. Cecc.; AM·IN·SOL om. Chaup.

Patroni huius Vareni Tyranni, M. Vareni Clari, titulum scriptum a. p. C. 21 habemus huius Corp. vol. X n. 1333.

---

**3011** basis marmorea. Praeneste LIG. COL. GRVT., ibidem ubi est n. 3014 BVD., *nel casino* ANON., *nel giardino baronale* CECC. Extat in hortis Barberini.

D · VELIO
TROPHIMO
SEVIRO
AVGVSTALI
CVRATORI
MVNERIS
PVBLICI
DECRETO
*DECVRIONVM*
*POSTVLANTE*
*POPVLO*

*in latere intuentibus sinistro*

*cura*|*VTIBu*S
*uic*|*TORINO* IIVIR
|*A*PRILE

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Solam inscriptionem frontis exhibent Budaeus apud Metellum Vat. 6039 f. 352 et apud Pingonium f. 83; Ligorius Neap. 35 p. 213; Columna ms. f. 167; Anonymus Barberinianus Vat. 9140 f. 246. Et frontis et lateris inscriptiones Borghini ms. p. 140; Gruter 483, 9 cui misit Gutenstenius ex schedis Ursini; Suaresius Praen. p. 28 (inde Vulpi 9 p. 108), ubi citatur Gruterus; Cecconi p. 72; Petrini p. 318 n. 14. Orelli 3923.

Vv. 9 seq. nunc perierunt. — 9 DECVRIONV Col. — 10 POSTVLANTI Bud., POSTVLANT.. Col. Anon. — 11 POPVLI Col., POPV... Anon., POPVLO·F·F Suar. — Addit haec S·P·P|D·D duobus versibus Lig., S·P·P etiam Gruterus, unde sine dubio repetiverunt Suaresius Cecconius Petrinius. Haec Budaeo, Columnae, Borghinio, Anonymo Barberiniano ignota non dubito quin debeantur interpolationi Ligorii; nam Gutenstenius quoque litteras S·P·P non ex apographo ipsius Ursini, sed ex Ursini Ligorianis sumpsisse potest. Voluit ut puto Ligorius *s(tatuam) p(ublice) p(oni) p(lacuit) d. d.*, quibus verbis finitur inscriptio una cum nostra adservata et a Ligorio in eadem pagina relata n. 3014.

Inscriptionem lateris exhibui ut excepit de Rossi, nisi quod v. 1 fin. litteram S addidi ex apographo meo (NTIB////// Ross.); nunc primae cuiusque versus litterae latent in muro, quas mihi non visas distinxi scriptura inclinata. Cum apographo Rossii consentit fere exemplum Petrinii (nisi quod v. 1 est ....TIR...) nec multum discrepat exemplum Borghinii (ubi est v. 1 SFIB, 2 FLORINO, reliqua ut apud Rossium), nec plus viderat Ursinus; nam in v. 2. 3 exemplum editum a Grutero non variat a Rossiano, quod autem in illo v. 1 est ...VII·K, id ortum sine dubio est ex interpolatione Gutenstenii. Plura exhibet Suaresius Praen., scilicet haec:

CVRANTIBVS
..... TORINO
ATRILE · II · VIR
VII · K
TORIN .... VIR
APRILE

quae repetivit Cecconi. Sed haec esse ea ipsa quae habent reliqui nescio quo errore duplicata apparet.